

mini in Evangelio Domini, vel nuntius in annuntiatione Domini. Christi enim ortum et redempcionem annuntiat festive cap. II. Simili modo ultimus Propheta vocatur *Malachias*, id est angeslus Domini. Et Joannes Baptista ob angelicam vietam et predicationem vocatur angelus *Malach. III.* 1: «Ecce ego mitto angelum meum, et preparabit viam ante faciem meam.» Sic Christus, *Isaiae* IX, 6, a Sepiuaginta vocatur *magni consilii angulus*, id est nuntius. Videant hie dignitatem suam Prophete, id est doctores et predicatorum, scilicet se esse legatos et nuntios Dei. *Ila S. Paulus II Corinth. v, 20.* «Pro Christo, inquit, legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamus Deo.» Ego vobiscum sum. — Non loquitor, inquit *S. Hieronymus*, ad Zorobabel et Iesum, cum

quiibus et in quibus semper erat Dominus; sed ad populum, qui timuerat a facie Domini, q. d. Ego ero vester adjutor, edificare domum meam que in vobis destruta est; me in medio vestri constituto, nemo edificationem vestram prohibere poterit.

4. ET SUSCITAVIT DOMINUS SPIRITUM ZOROBABEL, VERS. 14. ET SPIRITUM IESU. — «Ut regnum et sacerdotium edificant templum Dei, ait *S. Hieronymus*, suscitat etiam spiritus populi, qui in eis ante dormiebat; non corpus, non anima, sed spiritus, qui magis edificare scit templum Dei.»

Tropologie, «Suscitavit in nobis Spiritus Sanctus, ut ingrediamur dominum Domini, et faciamus opera Domini.» Porro suscitavit Deus spiritum, id est mentem animique populi, excitando illum ut alacriter et strenue intenderet fabricæ.

CAPUT SECUNDUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Tres prophetæ cap. II. Prima Aggei prophetiam audivimus cap. I; hic audierimus tres alias quæ consecutæ sunt. Prima est vers. 1, qua incitat Iudeos ad fabricam templi, promittendo maiorem ejus fore gloriam quam fuerit templi Salomonici, eo quod in illo docturus et miracula facturus sit Christus, cuius adventum cunctis gentibus totique orbi desideratum fore predictum, adeo ut in eo commovenda sint calum et terra, mare et arida. Secunda est vers. 11, qua Iudeos in inchoata fabrica tardiores et tardio affectos, quod dicent sufficiere altare ad victimas, nec opus esse integrum templo, redargunt, asserendo Deum nolle altare sine templo: altaris enim locus, domus et deus est tempus. Quod si edificare pergent, promittit eis frugum abundantiam. Tertia est vers. 21, qua Zorobabel ob prestitam in fabrica diligentiam pollicetur, quod Christus ex ejus stirpe nasceretur, cui Deus, eversis aliis regnis, dabit regnum eternum (1).

1. In die vigesima et quarta mensis, in sexto mense, in anno secundo Darii regis. 2. In septimo mense, vigesima et prima mensis, factum est verbum Domini in manu Aggei prophetæ, dicens: 3. Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, et ad Jesum filium Josedec sacerdotem magnum, et ad reliquos populi, dicens: 4. Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? et quid vos videtis hanc nunc? numquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris? 5. Et nunc confortare, Zorobabel, dicit Dominus, et confortare, Jesu fili Josedec, sacerdos magne, et confortare, omnis populus terre, dicit

(1) Sermoni exhortatoriœ de quo in cap. I succedit tres alii sermones seu propheticæ, ut bene notat Cornelius, quos nulli fuisse et clariss., in multis Kilber sequendo sic analyticè expounimus.

Sermo II promissorius. Post mandatum prophetandum Propheta ad eosdem, notato rursus tempore, 9-3, Aggeus, primo, languorem, ex temnire templi conditione ortum, eximiit, 4; secundo, promittit potens Dei auxilium, quod populo suo jam ab antiquissimis temporibus prestatuerat, 5, 6; tertio, predicti communiationem rerum et adventum Messiae, 7, 8; quarto, declarat ex hoc, non autem ex splendorē materiali, maiorem templi gloriam futuram, 9, 10.

Sermo III correctorius, in quo Propheta repetit plagas quibus Deus ob edificationem templi tam diu intermissemus Iudeos punivit, easque faculteret et accurritus, quam superiori capite describit. Mandato prophetandi

ad sacerdotes accepto, Propheta, primo, urgat continuationem operis, cum plearia præsumptione, ostendendo bonum ex omni parte dehere esse perfectum, tum per questiones legales propositas, 13-14; tum per responsa ad morales actiones applicatas, 15; secundo, revocando in memoriam præcas priores, ob unam fabricæ intermissionem illatas, 16-18; tertio, promittit benedictionem temporalē, ob vigentem populi in fabrica continuaū obedientiam, 19, 20.

Sermo IV consolatorius, ubi repetit Propheta vaticinum de gloria secundi templi, domum Davidis celebrans. Eodem igitur die mensis et anno, 21, Propheta, primo, repetit instantem rerum mutationem, 22; secundo, pronuntiat monachiarib[us] excidium, et gentium iniuriam destructionis, 23; tertio, promittit singularium distinctionem, tutelam et præcelleutum Zorobabel inchoato, posteris continuative, Christo finitiue, 24.

Dominus exercitum: et facite (quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus exercitum) 6. verbum quod pepigi vobiscum cum egrederemini de terra Ægypti: et spiritus meus erit in medio vestrum, nolite timere. 7. Quia haec dicit Dominus exercitum: Adhuc unum modicum est, et ego commovebo calum, et terram, et mare, et aridam. 8. Et movebo omnes gentes: et veniet Desideratus cunctis Gentibus: et implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercitum. 9. Neum est argentum, et neum est aurum, dicit Dominus exercitum. 10. Magna erit gloria domus istius novissimæ plus quam prima, dicit Dominus exercitum: et in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercitum. 11. In vigesima et quarta noni mensis, in anno secundo Darii regis, factum est verbum Domini ad Aggæum prophetam, dicens: 12. Haec dicit Dominus exercitum: Interroga sacerdotes legem, dicens: 13. Si tulerit homo carnem sacrificatam in ore vestimenti sui, et tetigerit de summittate ejus panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum: numquid sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes dixerunt: Non: 14. Et dixit Aggeus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, numquid contaminabitur? et responderunt sacerdotes, et dixerunt: Contaminabitur. 15. Et respondit Aggeus, et dixit: Sic populus iste, et sic gens ista ante faciem meam, dicit Dominus, et sic omne opus manuum eorum: et omnia quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt. 16. Et nunc ponite corda vestra a die hac et supra, antequam poneretur lapis super lapidem in templo Domini. 17. Cum accederetis ad acervum viginti modiorum, et fierent decem: et intraretis ad torcular, ut exprimeretis quinquaginta lagenas, et fiebant viginti. 18. Percussi vos vento urente, et aurogine, et grandine omnia opera manuum vestrarum: et nou fuit in vobis, qui reverteretur ad me, dicit Dominus. 19. Ponite corda vestra ex die ista, et in futurum, a die vigesima et quarta noni mensis: a die, qua fundamenta jacta sunt templi Domini, ponite super cor vestrum. 20. Numquid jam semen in germine est: et adhuc vinea, et ficus, et malogradanum, et lignum olivæ non floruit? ex die ista benedicam. 21. Et factum est verbum Domini secundo ad Aggæum in vigesima et quarta mensis, dicens: 22. Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens: Ego movebo cœlum pariter et terram. 23. Et subvertam solium regnum, et conteram fortitudinem regni Gentium: et subvertam quadrigam, et ascensem eum: et descendenter equi, et ascensores eorum: vir in gladio fratris sui. 24. In die illa, dicit Dominus exercitum, assumam te, Zorobabel fili Salathiel, seru meus, dicit Dominus: et ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercitum.

Vers. 1. 1. IN DIE VIGESIMA ET QUARTA MENSIS, IN SEXTO MENSE, IN ANNO SECUNDO DARII. — Haec verba pertinent ad finem capituli precedenti, indeque pendunt. Significant enim a Iudeis inchoato fuisse opus, et fabricam templi die 24 mensis sexti; scilicet tunc ceperisse eos materiam preparare, ligna credere et aptare. Nam fabrica ipsa inchoata est die 21 mensis noni, ut dicetur vers. 11. Caput ergo secundum proprie inchoatorum a vers. 2; alioquin enim versus secundus pugnaret cum primo, ut patet inveni. *Ila S. Hieronymus, Theodoreus, Ruperius, Remigius, Baymo, Lyranus, Vatabulus et alii passim. Similem diastolem irrepsisset Jerem. cap. XXVIII, 1, censem S. Hieronymus et alii. Vide Cap. XXXIII in Proemio (1).*

(1) Non dubitate licet, inquit Scheibel, hinc versum ad caput præteritum pertinere; nam talis diuina temporum notatio (coll. II, 1), et quidem diversorum, non potest conponi. Recte igitur in editionibus Van der Hooght, Michaelis, Kennicotti, Jahmii, capituli primo an-

Cepit ergo Aggeus cap. I, 1, hortari Iudeos ad opus die prima mensis sexti, perrexitque quotidie eos urgere ad illud per 23 dies, tandemque perpulsi eos, ut die 24 opus inchoarent. Eum imituentur concionatores, ut constanter pergerant in arguedis vitiis, nec cessent, donec animos audientium permovereant ad illa exsirrandum. Siue enim «gutta caravat lapidem non vi, sed sepe cadendo;» ita dura et lapidea horum corda non vi, sed cerebra monitione et inculca-

scitur, falso contra capiti secundo ammeriter Cod. IV Kennicotti et editiones Bombergi, Antwerpenses, Sacrameana, Hutteri, Montani, W. Itou, Co-sentit istem notitiam Rosemullerus, q[ui] recu[m] monet, vers. 18, Prophetam loqui de tempore spatio inde a templo fundato usque ad eum edificationem denuo inchoatum, vers. autem primo capituli secu[m] di de tempore ipso edificationis rursum confirmata. Cf. Eucharius versionem theosicam in *Die Hebr. Propheten*, vol. III, pag. 318. (Scheibel.)

tione ejusdem rei mollienda sunt: ita S. Chrysostomus in homiliis ad populum, crebro invenitur in jurandi consuetudinem, ac hac de re murmurantibus respondet se non destitutum, donec ipsi eam correxerint; omnia enim vincit constans et perseverantia. Quocirca S. Paulus precipit Timotheo, epist. II, cap. iv, 2: « Predica, inquit, verbum, ista opportune, importune: argue, obsecra, interrea in omni patientia et doctrina. »

Vera. 2. 2. IN SEPTIMO MENSE, VIGESIMA ET PRIMA MENSIS, FACTUM EST VERBUM. — Ergo haec propheta, quæ ordine est secunda, mense pene integro fuit posterior inchoatione fabrie; hæc enim inchoata est die 24 mensis sexti, ut dictum est vers. 1.

Vera. 4. 4. QUID IN VOBIS EST DERELICTUS, QUI VIDIT DOMUM ISTE IN GLORIA SUA PRIMA? — qui scilicet videtur prius templum Salomonis angustum, antequam illud cum eis evertetur a Chaldeis.

ER QUID VOBIS VIDETIS HANC NUNC? — q. d. Qualem, quam vilem et exilem videlicis fore secundum hanc domum Dei quam edificatis, si comparetur cum templo Salomonis? jam pridem enim ejus fundamenta erant iacta sub Cyro, a quorum exigitate et vilitate colligere licet, exiguum et vilem fore fabricam. Tempulum autem Salomonis angustissimum aliqui viderant, at ille fuisse a patribus audierant. Nam Iudei Babylone redempti, utpote pauci et pauperes, templum edificabant ex lapide vulgari et impolito, cum Salomon illud construxisset ex lapidis politissimis, iisque validis et prelatis, Ill Reg. 6. Secundo, tempulum hoc jussi Cyri altitudinem, æque ac latitudinem, habitum erat sexaginta duntaxat cubitorum, I Esdra vi; Salomon vero duplex erat aliud et latum: erat enim 120 cubitos altum, æque ac latum. Quocirca tempulus hoc secundum, intra priora septa adificatum est, illius ruinis extra in circuitu relictis; quibus demolitus usque ad fundamenta, iisdem inedificati sumum tempulum Herodes, si credimus Josepho lib. XV Antiquit. xiv. Quocirca cum primo hoc tempulum fundaretur anno 1 Cyri, « principes patrum et seniorum qui viderant tempulum prius, flebant voce magna, » at Esdras lib. I, cap. iii, 12. Unde liquet multos viduisse utrumque tempulum; nam ab eis exedio, quod configit anno 11 Sa-decie, usque ad primum annum Cyri, fluxerunt anni 39; inde usque ad annum 2 Darii, fluxerunt anni 11, qui prioribus addit faciunt 70. Qui ergo 80 erant annorum, potenter prius tempulum vidisse, ejusque magnificientie optime meminisse. Sane Esdras vidisse certum est: nam parent eius Saraias ponitum occidit est in excidio urbis et templi; quare necesse est ut Esdras ante illud ab eo genitus sit. Esdras autem prorogavit vilam post Durum usque ad Artaxerxes, cuius fuit pincerna, ut ipse narrat lib. I, cap. vii. Sic et Daniel annis 8 ante excidium urbis et templi, puta anno 3 Joakim abductus est in Babylonem,

ET SPIRITUS MEUS ERIT IN MEDIO VESTRUM. — « Spiritus tuus » tunc invenit, isque duplex. Prior, in Beo essentialis, qui est ipsa mens et potentia divina, cuius dotes describit Sapiens cap. viii, 1, di-

cens: « Est enim in illa (sapientia divina) spiritus intelligentia sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoquatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnis propiciens, et qui capiat omnes spiritus. » Posterior notionalis, puta Spiritus Sanctus, de quo hunc locum accipiunt S. Hieronymus, Theodoreus, Remigius, Haymo, Arias hic, et S. Athanasius epist. ad Serapionem, Cyrillus categ. 19, ac Nyssenus lib. Testimon. contra Iudeos de Sanctissima Trinitate, ubi sic legit: Confermare, Zorobabel, quia ego vobis sum, et verbum meum bonum, et spiritus meus in medio vestrum; ex eoque probat in una Deitatem essentia esse trinitatem personarum. « Quid enim, inquit, opus erat trium mentionem facere, si non unumquodque proprium est in propria subsistencia persone? » Spiritui Sancto enim appropriatur amor, cura, protectio, favor, auxilium, que hic Deus se spiru suo preservat. Judeus promittit; ut sit in medio eorum, sicut spiritus noster medius est in corpore, et Spiritus Sanctus est in medio Ecclesie. Secundo, Spiritus hic invenit ex se diffundit spiritum creatum sibi similem. Unde Albertus per spiritum hunc accipit spiritum sapientie, virtutis et fortitudinis, quem Deus aspiravit Mosi, et per eum septuaginta senioribus ad judicandum, dirigendum et regendum populum Israel, Num. xi, 23. Accedit Hebrei, qui per spiritum accipiunt prophetiam. Unde Chaldeus verit: Propheta mei dabenit vos, ut timeatis, q. d. Dabo vobis Aggeum, Zachariam et Malachiam prophetas, qui vos in opere dirigant, animis corroborant, Deumque in dubiis omnibus consulant. Malachias enim fuit ultimus Prophetarum, nec post eum Iudei alium usque ad Christum haberunt, inquit S. Hieronymus, et id ipsum fatentur Hebrei. Possimus tamen generaliter hunc spiritum accipere, q. d. Ego spiritu meo vobis adero, vobisque aspirabo spiritum providentia, fortitudinis, alacritatis, æque ac artis architectonice, ut eo vegetali opus hoc fabris templi alacriter, fortiter, provide, æque aspientre et affabre suscipiant et peragant. Itaque spiritus hic inter alia significat artem architectonicam; hæc enim maxime necessaria erat in fabrica templi. Significat ergo quod, sicut olim illam spiritu suo aspiravit Beseiel in fabrica tabernaculi, Exod. cap. xxxi, 2; ita nunc eandem Judeis aspirabit in fabrica templi, dabique insignes architectos, fabros et opifices. Discant hic architecti et opifices, artes etiam mechanics esse dona Dei. Unde saepè in iis excellunt, qui p̄ sunt, Deumque ad id invocant.

Vera. 7. SPIRITUS MEUS ERIT IN MEDIO VESTRUM, ET EGO COMMOVENTE. — Est hebraismus, q. d. Post modicum tempus commovebo celum, etc. Certum est Prophetam loqui de Christo, ejusque primo in carnem et

mundum adventu. De eo enim explicat Apostolus Hebr. xi, 26, et passim Patres, S. Hieronymus, Remigius, Rupertus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyram, Arias, Clarius, Vatablus hic, et S. Augustinus XVIII De Civit. xxv, S. Ambrosius lib. III, epist. 12, Cyrilus lib. V in Genes., quin et Hebrei apud Galatinum lib. IV, cap. ix et x. Consolam enim Propheta Hebreos pusillanimes et modestos, quod viderent fabricam templi secundi tam fore exiguum, vitem, et quasi nullus monumenti, si compararetur cum fabrie Salomonis. Consolator, inquam, hoc argumento, quod Deus magis glorificatur sit templum secundum quam eo, quo in secundo daturus sit Christianum doctorem et salvatorem, ideoque in eis adventu commoturus sit celum et terram, omniaque elementa, in quibus mira, magnifica et gloria sit patraturus ad gloriam Christi, et consequenter templi.

Nota: Ab-hac propheta, facta anno 2 Darii Modicum Hystrapsis, usque ad ortum Christi fluxerunt anni

calum.

317, ut dixi in Proemio. Hi tamen vocantur hic « tempus modicum, » tum quia Propheta elevatis ad Domum Deique eternitatem, omnia tempora, æque ac terrena et secularia, videntur, et revera sunt modicum quid, immo punctum, vel momentum duntaxat. Simili modo, S. Joannes epist. I, cap. ii, 18, tempus legis nova vocat « horam novissimam: » Filioli, ait, novissima hora est. » Tum quia modicum erat respectu temporis elapsi ab orbe condito, et a lapsu Adae, a quo mox Deus promisit Salvatorem Christum, Gen. iii, 13. Cum enim haec dixit Aggeus, elapsi erant a generatione mundi anno 3434. Ita Lyranus et Vatablus, Addit Arias esse modicum respectu legis christianæ, quæ jam duravit 1624 annos, et plures durabut.

PRO UNUM MODICUM, Septuaginta, et eos sequentis S. Paulus Hebr. xi, 26, vertunt ἡτοι, id est semel; quia hebreum ἡτοι οντα, id est unum, sumitur pro semel; intelligitur enim οντα πομ, id est vice, q. d. Una vice, id est semel. Vox semel significat unicam tantum legem Christi et Evangelii successorum legi Mosaicæ et Prophetis, post quam nulla sit expectanda, ita ut ea finita venturam sit Christi iudicium, resurrecio, vita et gloria aeterna his qui eam observaverunt (1).

(1) Illustrum de Christi adventu prophetiam nobis haec verba proferunt, inquit Christopherus Castrus, quod probatur, tum ex fine quem sibi proponebat Deus, scilicet consolari tristom ac afflictum populum ob dominum quæ adificabatur, angustiam; tum ex eo quod S. Paulus hunc sensum confirmat, Hebr. xi, 25. Quod autem Paulus Septuaginta sequutus dixerit: Adiuv semel, cum Vulgatus et ceteri fecerit veritatem: Adiuv unum modicum est; non est manendum, cum vox hebreæ ἡτοι οντα utrumque significat, ut Exod. xxx, 10; Job xxxiii, 14, quæ etiam modo veritatem hie Tigurina dicunt: Adiuv semel, idque brevi.

Quod ad tempora Messiae adventus hic respicit Prophetam, sic exponit vir minime suspectus, Scheibel:

COMMODOBO CORAM ET TERRAM, — ut omnes homines et angelos per multa magna prodigia excitem ad attentionem operis magni, quod patratus sum, scilicet ad Christi incarnationem, legislationem et redemtionem; siue Iudeos olim per similia excitavi in Sina, ad exciliandam legem veterem per Mosen, ut iisdem tam Mosi quam legi auctoritatem conciliarem et pondus adderem. Ita S. Chrysostomus hom. 1 in epist. ad Roman. Nota, licet S. Augustinus lib. XVIII De Civit. cap. XLVII, et Rupertus hic, hanc communicationem coeli et terrae accipiant de signis et portentis praeviis diei iudicii, et iudicii Christi, deque resurrectione et glorificatione beatorum, de quibus Matth. cap. XXI; tamen ad literam accipiendum esse illam, qua facta est in primo adventu Christi in carnem, pauca ante ejus incarnationem, ut censes Hugo, Lyrarus et Clarins; vel eo incarnato, docente, paciente, resurgentem et milite Spiritum Sanctum in Apostolos. Ita S. Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Arias hic, Ambrosius lib. III, epist. 42, et Augustinus lib. XVIII De Civit. cap. XXXV. Hic enim commotio facta est ad hoc, ut significaret legem veterem in novam, Mosem in Christum, Prophetas in Evangelium, judaismum, gentilismum in christianismum esse commutanda, ut docet S. Chrysostomus hom. 14 in Matth. (1).

Sepissime Prophetæ de brevi temporis spatio usque ad adventum Messie loquuntur, v. g. Jesu. xi, et seqq.; Joel. iii, 15; Jerem. xxx, 8, 9; Malach. iii, 1, ubi hebreum εν περι τον οὐρανόν εἰπεν, Math. xxv, 29, congruit. Hoc autem Prophætatum hebreorum non nostromore, sed propheticum dictum fuisse, ex Dom. viii Ezech. iv, 8; Paulin. xc, 4, patet.... Mutationem autem celorum terrene temporibus Messie instare, iam Jesu sententia fuli cap. LXV, 17; LXVI, 22, nec errant, qui Prophætam ad historiam promulgationis legis, Ezech. xix, 16 et seqq., et Bebborne exemplum Jud. v, 4 respiciebunt. Vaticinum autem de Messia his et sequentibus promulgatis esse ex locis Jesu. lx, 1, 6; lxv, 17; LXVI, 22, aliisque satis appareat, imprimitur si versus sequentem cum illis oracula conferas.

(1) Per commotionem coeli et terræ hic immi videntur rogorum subversiones, que inter haec prophetiam Aggei et adventum Messie evenerunt, sit. Dan. Tobieñ (Opp. omn. tom. VIII, in nota ad locum in Hebreo. xii, 26), videlicet imperii Persici destructio per Graecos, regum Grecorum per Romanos, reipublice Romane per Augustum. Ascensio Pauli manifeste exigit, ut hanc commotionem coeli et terræ intelligi natura totius immutacionem, hoc est miracula, in promulgatione religionis christiana facta, idolatriæ eversionem, statim Iudicium interitum, christianorum persecutions, eorumque constantiam, ceterasque innovationes per religionem christianam mundo inducas. Facilius enim oppositionem dicens: In promulgatione veteris legis tantum terram, hoc est montem Sina, motam fuisse; in promulgatione vero nove non terram tantum, sed colum quoque concendiendum, hoc est, majorem rerum conversionem inducendam esse, ac tunc fuerit. Unum igitur de tribus dicendum: id quod iste solus sit verus horum verborum sensus, adeoque per hanc communionem non intelligentur regnum suorum subversiones Messiae adventum praecedentes;

Quæres PRIMO: Quenam, veniente Christo facta est commotio in celo? Respondeo: *Prima* fuit, *de celo nascente Christo*. *Prima*.

Secunda, quod stella insolita splendoris magis apparuerit, eosque ex Oriente vocari et deducere ad Christum, Matth. ii, 1.

Tertia, quod paulo ante Christi ortum sub initium imperii Augusti, hora circiter tercia, repente liquido ac puro solo, circulus ad speciem ecclesiæ arcus orbem solis ambuit, quasi unum eum ac potentissimum in hoc mundo, solumque clarissimum in ore monstrare (Augustum Caesarum) cujus tempore venturus esset, qui ipsum solem solus mundumque totum et fecisset, et regeret, » inquit ex Suetonio Orosius lib. VI Histor. cap. xviii. Quid enim circulus hie vestiens solem, nisi humanitatem, que divinitatem Christi quasi parvulus velavit et vestivit, significavit?

Quarta, quod globus aurei coloris Romanis visus si et coeli ad terram descendere, ibique major effectus, rursus in celum ascendere, ac solis obtemperare. Ita Orosius ibidem.

Quinta, quod uno anno ante Augusti imperium, sub quo natus est Christus, visi sint tres soles in unum coire, inquit Eusebius in Chronico. Sequenti anno, inquit Dio, et ex Baronius, visus est sol intra tres circulos effulgere, quorum unum corona siccarum ignita circumdabat; quod tamen Dio censuit fuisse prognosticon triumviratum Augusti, Antonii et Lepidi, cum verius significatus fuerit unus sol Christus Dominus, qua Deus in tribus circulis, id est personis divinis, per τριπλάσιον, id est circumcessioneum existens; et quia homo factus, tribus substantiis, puta deitate, anima et carne, constans.

Sexta, vivente Christo Spiritu Sanctus in eum baptizare, specie columbe et celo descendit. Vox Patris audita est: » Hic est Filius meus dilectus, » Matth. iii, 17. Eadem audita est in transfiguratione, ubi Christus celesti gloria coruscans resplenduit, ac Moses et Elias et celo lapsi affuerunt, Matth. xvii, 5.

Septima, angeli tum in passione, tum in resurrectione, tum alias sepe ei ministrarunt, Joan. cap. i, 31.

Otavæ, in passione ejus sol in plenilunio, cum Octava maxima distat a luna, quo ejus eclipsim causare solet, eclipsi universalis plane obscuratus, mortem sui Creatoris pullatus luxit, adeo ut Diophysus Areopagita exclamat: » Aut Deus na-

er, quod utrumque illis verbis designator, et regnum suorum subversiones, Messiam antecedentes, et rerum vicissitudines adventum ejus concomitantes et subsequentes; vel quod textum Aggei Paulus scopo suo accommodavit (quod ultimum vera catholicæ excessus principia admittere videntur)

tute patitur, aut mundi machina dissolvitur; » ut ipse referit scribens ad Apollomanum.

Nona, quod quadragesimo post resurrectionem die visibiliter coram discipulis gloriosus in celum ascenderit, Acto. i.

Tentima, *Decima*, quod inde quinquagesimo die miserit Spiritum Sanctum spicile linguarum ignearum, cum ingenti fratre, in Apostolos, Acto. ii.

Undevima, quod Augusto Cesari et celo Virgo Deipara, infantem uulnus gestans, apparuerit in Capitoli, cum iam ante ipse oraculo Apollinius edocuit natum esse puerum Hebrewum, qui idolorum oraculis silentium indixisset, eidem in Capitoli aram erexit, huc titulo: *Ara primogenitū dei*. Quocirca Constantinus Magnus ibidem templum erexit in memoriam Dei genitricis Marie, quod etiam existat, et vulgo *Ara celi* nuncupatur, ubi et locus visionis Augusti ostenditur. Ita ex Suidia, Niephorus et alii Baronius in *Apparatu Annal.* Additum multi id per Sibyllam Augusto ostensum fuisse, sed per Sibyllam intelligent prophetissim aliquam illius anni. Nam inter Sibyllas proprie dictas ultima fuit Cumana, que diu ante Augustum vixit sub Tarquinio Superbo.

Quarta, quod anno tertio triumviratus Augusti, putat 40 annis ante nativitatem Christi, Roma trans Tiberim et tabernacula meritoria, per totum diem fons olei largissimus et terra profluxit. » Quo signo, at Orosius lib. VI, cap. xx, quid evidenter, quam in diebus Cesari Augusti futura Christi nativitas declarata est? Christus enim unius interpretatur. Itaque cum eo tempore, quo Cesari perpetua tribunitia potestas decreta est, Roma fons olei per totum diem defluxit, » significavit, » per omne tempus Romani imperii Christum, id est unctum, et ex eo christianos, id est uncitos, de meritoria taberna, id est de hospitali largaque Ecclesia, affluentur atque incessanter processuros. » Hie ergo fluxus olei et terra portendit Christum in terra nascitum, et viscera misericordie in nos effusurum. Unde et de eo dicitur *Cantic. cap. i, 2*: « Oleum effundit nomen tuum. » Meritis locis ille, inquit Baronius, nobilissima memoria illustrari, ecclesia nimur amplissima, Dei Genitricis Uulo, a Calisto Pontifice prima omnium, quarum existet memoria, olim erecta; ubi in ipsius loco et quo oleum profuxit, in prisci miraculi testimonium, ista epigrapha inscripta legitur: « In hac prima Dei matris aede, taberna olim meritoria, olei fons et solo erumpens, Christi ortum portendit. »

Quinta, quod « in Capitolio, inquit Dio lib. XXXVII, multæ statue de celo tacle, liquefactæque fluxerant, dejectaque erant tunc alia simulacra, tunc Jovis columnæ insisterunt; præterea imago Iupi, cum Remo et Romulo consecrata, ceciderat; litteræ etiam in columnis, in quibus leges scribentur, oblitteratae atque confuse erant. » Id est Suetonius in *Augusto*, cap. xci, ait: « Prodigiunum Romæ factum, quo denuntiabatur regem populo Romano naturam parturire. Unde senatum exterritum censuisse, ne quis illo anno genuitus educeretur. »

Sexta, quod Augustus noluerit amplius dominus nominari, inquit Suetonius in *Augusto*, cap. viii, quasi interno Dei instituto presentibus advenire Christum, verum coeli terrena Dominum.

Septima, quod Christo puer fugiente infantiliter mox ut Egyptum intravit, *Egypti*

idola corrueunt, uti passim tradunt veteres, quos citavi *Isaia* xix, 4.

Octava. *O* *lava*, quod Christo patiente petra scissæ sunt, et tota terra ingentis terra motu quasi indignans, et parans ulcisci necem sui Creatoris, conueniens est, et, si credimus Origeni, e suo centro convulsa est. Unde de eo Plinius lib. II, cap. XLVII: « Maximus, inquit, terra memoria mortalium existit motus Tiberii Cesarii principatu, duodecim uribus una nocte prostratus. »

MARE ET ARIDAM. — Per aridam oppositam mari, vel accipe insulas cum Lyrae; vel certe totum reliquum orbis, quod terra occupat, spatium; ut terram, quam paulo ante nominavit Propheta, id est globum terre, qui constat ex aqua et terra, subdividat in mare et aridam; perinde a genesi mundi Deus ea dispescuit: « Et vocavit ardam terram, congregantesque aquarum appellavit maria, » *Genes.* i, 10.

Commentaria in mari. *Prima.* Porro commotiones in mari variae sub tempore Christi facta sunt. *Prima*, per bella navalia, ac presertim Aetiacum, quo Augustus, profligata classe Antonii, factus est monarca, teste Suetonio. *Secunda*, quod in Britannia ingens excita fuerit maris tempestas, adeo ut insulani dicerent aliquem ex demonibus vel herobus defecisse.

Tertia. Ha ex priscis historiis a Castro. *Tertia*, quod Christus maris procilias sedaverit, quin et easdem S. Petrum calcare fecerit. Insper in passione cum terra motu concussit terram, concussum pariter et mare. *Quarta*, quod Deus insulanos omnes commoverit, audita fama Christi et Evangelii, ad fidem ejus expassendam; alios vero in infidelitate obstinatos commoverit, id est occasio nem dederit ad illud persequendum et existendam. Audi S. Augustinus lib. XVIII *De Civit.*, cap. XXXV: « Movit, sit, colum, angelorum et siderum testimonio, quando incarnatus est Christus. Movit terram, ingentis miraculo da ipso Virginis partu. Movit mare et aridam, cum et in insulis, et in orbe toto Christus annuntiatur. Ita moveri omnes gentes videmus ad fidem. » Audi et S. Ambrosius in heo Aggæi verba, sub finem tomii I: « Moverat ante haec (Deus cœlum et terram) cum de Egypto liberaret populum suum, quando in cœlo columna erat ignis, terra inter fluetus, murus in mari, via in aqua, in deserto missis quotidiana frugum cœlestium (manna) multiplicabatur, petra solvebatur in fontes aquarum: sed movit et postea in passione Domini Jesu, quando cœlo tenebris obductum, sol refugit, petra scissæ, tumuli aperti, mortui resuscitati, draco vietus in fluctibus suis vidiit pescatores hominum, non solum navigantes in mari, sed etiam ambulantes sine periculo. Deserunt quoque motum, quando infructuosus nationum populus in messem cepit devotionis et fidei flaves cere, etc., ut plures filii furentur deserti, quam ejus quae habebat virum et florebet desertum, ut illum, » *Isaia* XXXV.

Cause cur cœlum terra, mare et arida in incarnatione Christi concussa fuerint, sunt multi. *Prima*, quia quasi admirata sunt, et obstupuerunt tantum Christi exinanitionem, æque ac charitatem. *Secunda*, ut torpienta hominum corda excitarent ad tam insolitum prodigium, eaque sexæ molirent ad hanc Christi dignationem digne amore et gratitudine excipiant. *Tertia*, *Tertia*, quia omnes creature per Christum restauratae, immo quasi deificatae sunt, dum per Christum Verbo Dei sunt unite; omnium enim creaturarum compendium et microcosmos est homo, Dum ergo Christus hominem assumpsit, omnes creature assumpsit; hinc in ejus incarnatione commotæ sunt, quia gavise sunt, et pre gaudio quasi exsilarerunt; presertim quia per eum speravent, et sperant liberationem a corruptione et miseria, quam cum homine incurruerunt per peccatum Adæ, juxta illud Apostoli *Rom.* viii, 19: « Expectatio creature revelationem filiorum Dei expectat; vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecti eam in spe: quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem glorie filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingensit et partur ut adhuc. »

8. ET MOVENT OMNES GENTES: — *Primo*, per bella civilia, quia gesta sunt inter Augustum, Antonium et Lepidum triumviros, quibus debellatis Augustus constitutus se monarcus. Ita *Mariana*. *Secondo*, in censu, quo omnes profecti ad suas civitates, cogebantur profiteri se Augusto esse subjectos. *Tertio*, per predicationem et miracula Christi et Apostolorum, perque portenta edita in cœlo et in terra, tam nascente quam paciente Christo, quem recensuit, commota sunt gentes ad penitentiam, et ad fidem Christi capessendam. Unde pro mœbi hebraica est חַנְדָּה *hirast*, id est percellam, tremefaciam, pavorem et trepidationem injiciam; Septuaginta *σωματεῖα*, id est *quaiam*, concutiam; ita S. Hieronymus et ejus asseclas; unde noster Emmanuel: « Movebo, inquit, stupore tantu mysteri, et latifia, et vite innovatione omnes gentes. »

Et id est *quia*, q. d. Commovebo cœlum, terram, mare et aridam, quia venient Mosis, quem omnes gentes, imo omnes creature desiderant: Christus enim est principium, exemplar, finalis, nondus, vinculum, centrum, vita, salus, felicitas tota omnis universi. Unde Apostolus *Ephes.* i, 10: « *Pro*-*posuit* Deus in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurans omnia in Christo, quia in cœlis et que in terra sunt. » *Ubi pro instaurare*, græce est ἀναπλαινεῖν, id est *recapitulare*, ad caput revocare; Christus enim est anacephalo sis, id est summa, caput et recapitulatio omnium operum Dei, visibilium et invisibilium. Vnde ibi dicta. Quocirca omnes res feruntur in Christum, tanquam in centrum cui conjungi desiderant.

Commentaria in causa.

Prima.

Bursum omnes appetunt Christum, tanquam sacerdotem magnum, qui ab omnibus mala cuncta removet, et bona cuncta procurat. Hoc est quod ait Christus: « Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum, » *Joh.* xii, 32. Christus enim est Antistes et Pontifex magni fani, id est tosus mundi. Nam, ut ait Philib. I *de Magistris*, mundus est quasi templum sacrum Dei, cuius antistes est homo, ut pro omnibus Deo gratias agat, et ab eo singulis bona impetrat et mala avertat. Audi *Lactantius lib. De Ira Dei*, cap. XIV: « Sequitur ut ostendam cur fecerit hominem Deus. Sicut mundum proper hominem machinatus est, ita ipsum proper se, tanquam divinum templi antisulm, spectatorem operum rerumque colestium: solus enim est qui sentiens capax rationis, intelligere possit Deum, qui opera eius admirari, virtutem potestatemque perspicere, etc. Ideo sermonem solus accipit, ac lingua cognitionis interpretetur, ut emovere majestatem Domini sui possit. » Verum cum homines ad id non sufficient, et plerique in terram demersi ad colum non suspicunt, nec Deum autorem agnoscent; hinc missus est Christus, qui quasi mundi Antistes id præstaret. Deoque debitam gratitudinem et colum pro omnibus persolveret, et homines ad idem faciendum impelleret. Unde ejus typus pontifex Aaronius in veste gestabat totum orbem, juxta illud *Sipient.* XVII, 24: « In veste pœnitis, quam habebat, totus erat orbis terrarum. » Hinc et Christus dicunt portare omnia verbo virtutis sue, *Hebr.* i, 2. Hinc rursum ipse vocatur desiderium collum eternorum, id est Prophetarum, Patriarcharum et illustrum Sanctorum, *Genes.* XLIX, 26. Unde Jacob ibidem vers. 47: « Salutis (id est Salvatorem Christum), inquit, tuum expectabo, Domine. » *Ei Isaias cap. XLV, 8:* « Rorate, celi, desuper, et nubes pluant justum: aperiatur terra, et germinet Salvatorem. » Quia et Sibylla Cumana apud Virgilium *cito*, xv, sic canit, sic gestit ad Christi ortum:

ULTIMA COMITI
MAGNUS AB INTEGRO ECCLÆ NASCITUR
JANUS PROGENIES ECCLÆ DEMITTIT ALIA;
JANUS REDIT ET VIRGO, REDEAT SATURNIA REGNA.
CIBA DEAM SEBOLAS, MAGNUM JOVIS INCREMENTUM,
APICIS VENTU LATENTUR UT OMNIA SECLO, ETC.

Hebreæ ad verbum habent: *Et venient desiderium* (vel desiderium: pro חַנְדָּה *chendat* enim singulari, alio puncto potes legi חַנְדָּת *chendat* in plurali) *cunctarum gentium*; Septuaginta: *Et venient electa omnia gentium*, vel, ut SS. Hieronymus et Augustinus lib. XVIII *De Civit.* XLVIII, legunt: *Venient qua electa sunt Domini de cunctis gentibus* (1).

(1) Difficilis, que moveretur contra numerum pluralem verbis **בָּאָה**, *venient*, cui non conveniat nomen singularis **בָּאָה** *chendat*, facit removet, et in membrum revocamus grammaticorum observationem, in regime duorum substantiarum verbum in numero,

que sic exponunt, q. d. Non solum Judæi, sed et omnes gentes quæ a Deo electi fuerint, venient ad Christum: non enim omnes gentes, sed tantum pars aliqua a Deo selecta, et ut pretiosus thesaurus desiderabilis, venit ad Christum. Ita S. Joannes epistolam secundam inscribit: *Sed etiam electa Dominae*. Unde Arabicus Antiochenus vertit, *venient populi cum desiderio*; Arabicus Alexandrinus, *venient gentes electæ*; Syrus, *affarent desiderium quod est cuncta gentibus*. Verius est Septuaginta per *electa gentium* significasse Christum, qui unus est ex omnibus gentibus electus, per quem ceteri omnes electi et dilecti sunt a Deo, quem prōinde omnes gentes elegant adamaverunt, desideraverunt et amplexi sunt. Hoc enim significat hebreum *chendat*; Pagninus,

nonnumquam posteriori responderet, non priori, v. g. II Sam. x, 9; Job xv, 20; *Iesaj.* xcv, 3. Centrum vocant *Messias desiderium gentium*, id est gentibus desiderabile, eodem sensu quo a Jacob, *Gen.* XLIX, 10, *obediens populum* dicitur. (Ackermann.) Judei objectant quod hebreus non est *desideratus gentium*, sed *desiderium gentium*. Quasi novum sit, respondent Sancti, achabre abstractum pro concreto in Scriptura, sciat amor pro amata, *odium pro re odiosa*, *sclerus pro re sclerata*. Et hoc ipso nomine non unum est exemplum, *Isai.* XXXIX, 12; *Ieron.* iii, 19, et aliis milles, ubi hebrei est nomine abstractum, quod desiderium valet. Quare hunc locum, si ad hebrei idiomatis vici interpretaris, sonat: *Venient desiderium gentium*, quod idem valet quod a gentibus desideratum.

Plus habet difficultatis Septuaginta translatio, qui transtulere: *Venient electa omnia gentium*; ita vertebunt interpres antiquiores, et recentiores, ut Jahn, Rosenmüllerus, de Westfiliis, Eichornius (et Maurer), etc. *Venient pretiosa*, scilicet *vox*, et hanc loca II *Chron.* XXIII, 27; *Ieron.* XXV, 34; *Hos.* XIII, 15; *Nahum* II, 10; II *Chron.* XXVI, 10. Sed, ut recte observat Scheibel, in locis Chroniconis Jeremias, Hosea, Nahumi legitimos: חַנְדָּה *kele chenda* (vas desiderabile), non solum *chenda*: et ejusmodi diversa dicendi ratio, que quibusdam interpretatione veteris Testamento leviori momenti videatur, in omnibus ceteris linguis et auctoribus accurate distinguuntur. Contra *chenda* sine singulari additamente nil videtur significare quam *desiderium*, discuss *Psal.* cvi, 24; *Ieron.* iii, 19; *Dom.* xi, 37; *Ieron.* xi, 16; I *Sam.* ix, 20; viii, 10. Aliam vero causam interpretationis de praetextis vasis volunt reparet (et Rosemann ad hunc locum), in verbis vasis sequentibus: *Meum est argenteum, et meum est aurum*. Prophetæ autem post verba: *Venient desiderium*, non statim adjungit, *meum est aurum*, etc., sed antea vers. 7: *Et implobo domum istam gloriam*, quod ad adventum Messiae et ad divitias illo tempore in templo coegerandas simili pertinet videatur. Messianum autem apud poetas Hebraeorum futurum esse *solutum*, *desiderium*, letitiam totius terra, idemque pagani, ex locis *Iesaj.* XLIX, 9, 10; VII, 4; XI, 17; XIII, 8; LVI, 1, constat. Jam quis non **בָּאָה** *baou* vertere possit, pretiosa vasa *venient?* J. D. Michaelis (in annot. ad vers. theod.) inita hariolatus est de magnis divitiis a proselytis gentium in secundum templum illatis; sed historia de magna carum copia et quidem a pagani comparata nil tradit. Plurale vero **בָּאָה**, cum singulari connexum, constructio est non infrequens: vide similem *Psal.* CXXIX, 403; cf. *Buxtorf.* *Thes. Gramm.* lib. II, cap. x, num. 6, et *Glossarium*, lib. III, tract. IV *Cos.* liv.

Et venient quæ sunt desiderium omnium gentium. Minus recte vertunt R. David et Clarius : *Et ve-*
nient cum desiderio omnes gentes, scilicet ut se,
suaque omnia pretiosa et desiderabilia, quasi
manus offerant Christo. Nam hoc ipsi supplet,
cum id ipsum requirendum sit in Propheta : qui
cum hic non aliud Christi epithetum assignet
quam desiderium, sequitur desiderium gentium non
aliud esse quam Christum. Et ita exponunt Chal-
daea, Tigurina, R. Akiba apud Galatian lib. IV,
cap. IX. Unde hinc validum sumas argumentum
contra Judeos, quo probes jam venisse Messiam,
nimirum : Aggæus consolatur Zorobabel et Ju-
*deos in fabrica templi sui exilis et vilis, hortar-
*turque ut in ea pereant, eo quod ad illud ven-
*turus sit Messias. Illud autem tempulum jam transi-
*lit, et destructum est a Tio et Romanis. Ergo****

*.Venisse
Messian
convinc-
etur ex
Aggæo.*

pariter jam venit et transit Christus. Quod enim
Arias per desiderium, vel desideratum, accipit
*Spiritum Sanctum, quem omnes gentes expecta-
bant, ut curaret ipsum infirmatum, non Christum,
absonum est, et contra omnes interpres. Messias enim Judeis, ut fuit promissus, ita et desideratur, non Spiritus Sanctus; quem et Iudeis pauci, ex Genibus Iere nulli cognoverunt. Unde Spiritus Sanctus non Judeis, sed Christianis a Christo est promissus et datum in Pentecôte. Communis ergo Hebreorum, Latinorum et Grecorum sententia est, per *desiderium intelligi Christum.* Ita S. Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyranus et alii.*

Christus
*est desi-
derium
gentium.
*Primo.**

*ubi nota Christum vocari desiderium, vel desi-
*deria omnum gentium, qui summe est desi-
derabilis. Liceat enim gentes infideles eum non de-
sidarent, iure enim non cognoscerent; tamen
ipse in se summe erat, estque desiderabilis, ut
sit metapsis, q. d. Christus fuit desiderabilis
cunctis gentibus, hoc est, omnes gentes summe
*egabant Christi adventu, ut et suis misericordiis libe-
*rearentur, idèo non rationali, sed naturali ap-
petitu eum desiderabant, sicut terra arida hiando
*desiderat pluviam (egero enim, est tacite desi-
derare id quod egassem leviter : unde nonnulli
desiderare hic explicant per egero. Ita Martinus de*
*Roa lib. I Singul. cap. xii, in fine). Quocirca gen-
*tes mox ut de ejus vita, doctrina, sanctitate et mi-
*raculis per S. Paulum et Apostolos inaudiverunt,*******

*tione gentium. Porro hebreum חמדת chemdat concupiscentiam et desiderium non quale quale, sed ingens, ardens et estuans significat. Unde Daniel cap. ix, 23, vocatur שׁ חמדות sh chmedot, id est vir desideriorum, quia inflammatis desideris astuabat, orans ardentissime Deum pro liberatione populi. Sic gentes credentes Apostolis fide, spe, et charitate inflammati, astuabant in Christum, et alios ad euandum adandum eodem aestu incitabant, dicentes : « Ve-
*nire et ascendamus ad montem Domini et ad domum Dei Jacob, et docet nos vias suas, et ambulabimus in semitis eis : quia de Sion exi-
*bit lex, et verbum Domini de Jerusalem, » Isaiae cap. ii, 3. Sic Cicerio lib. XIV, epist. ad uxorem et filium : « Valete, atq[ue] mea desideria. »***

*Secondo, quia Christus omnia gentium deside-
*ria plene explevit et satiavit.**

*Tertio, desiderium hoc accipi potest, non gen-
terium, sed Christi, q. d. Veniet in carnem Christus,
qua mire desiderat redimere et salvare omnes gentes, ac presertim electos ex gentibus,
*ut vertunt Septuaginta ; sicut enim sponsus ar-
denter amat sponsam, ita Christus Ecclesiam,
qua pena tota collecta est e gentibus, ac vicissim sua gratia afficit ut Ecclesia ardenti amore
ipsum, ut sponsa sponsum redamet. Hic amor
sponsi et sponsa toto libro Canticorum multis
parabolis describitur. Euandum eructat Ecclesia
*in Officio Ascensionis Domini :***

Jesu, nostra redemptio,
Amor et desiderium,
Deus redemptor omnium,
Homo in hunc temporum.
Quæ te vici cleveantia,
Ut ferres nostra criminis,
Crudelis mortem patiens,
Ut nos a morte tolleres?

Et mox :

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es subitus praemium.
Sit nostra in gloria,
Per cuncta semper saecula. Amen.

Denique gentes ante Christum, credentes in Deum
in lege nature, aut proselytes et conversæ ad
*judaismum, æque ac Judæi expectabant ac desi-
derabant Christum, quasi salvatorem mundi,
*quasi jubar celeste, quasi candorem lucis ater-
*nae, quasi solem justitiae, qui totum orbem cali-
*gine infidelitatis et ignorantis offusum illumina-
